uata: r. nihilomin; interdicta. vbi. s. ad
finē. Sunt quoq; p̄dicti insequētes r. fa
uentes rei criminis lese maiestatis. r. p̄
petuo infames cū penis grauissimis ibi
dem cōtentis. Occidens v̄so cardina
lem vel causam dās: grauioribus ibi pe
nis adijcitur. e. c. Si q̄s. li. vj.

Excōicati sunt quicunq; (glosa etiā ep̄i)
licentiā dantes occidendi. capiēdi. siue
in p̄sōna vel bonis grauandi aliq; p̄ eo
q; sentētias excōicationis suspensōis v̄l
interdicti tulerunt in quenq;. siue q̄a oc
casionē illoz p̄lati sunt. aut eos qui sen
tēntias h̄mōi obseruāt. vel q̄a sic excōi
catis cōmunicare nolunt. nisi licentiā ip̄
sam re integra renduauerint. vel etiā le
sis infra octo die; satisfecerint. de sente.
excom. c. Quicunq;. li. vj.

Excommunicati similiter sunt tali licen
tia vtentes vel tale aliquid p̄prio motu

agentes. Et si per duos mēses i tali sen-
tencia durauerit: de post a solo papa ab
solauntur. ybi supra.

Excomunicati sunt capi procurantes vi-
ros ecclesiasticos vt renūcient suis bene-
ficijs. vel vt citati non veniant ad curiā.
Et seipos capi procurantes cū alijs penit
put haberit. de pe. c. Vultoz. in clemē-
ti. 2. infra. Suspendus per triennū.

Excomunicati sunt per se vel alios grauātes
ecclesiasticos vel ecclesiā aut bona vel cō-
sanguineos eoz. p eo q non elegerūt eū
pro quo ipi rogauerant. de elec. ca. Sci-
ant cuncti. libro sexto.

§. xiiij.

Excomunicati sunt dñi temporales recto-
res siue eoz officiales facientes statuta
contra ecclesiasticā libertatē. extra d. sen-
ten. excom. c. Nouerit. c. Brauē. Panoz.
ca. Nouerit. dicit q illd dicitur fieri cō-
tra libertatem ecclesiasticā qd fit ptra p-
uilegia concessa ecclesie vniuersali a po-
a papa vel impatore. secus de puilegijs
particulariū ecclesiaz. Silr

Excomunicati sunt rectores cōsiliarij vel
officiales ciuitatū in aut locoꝝ ybi talia
statuta edita fuerint. Similr 2 septores
statutoꝝ 2 statuarij. Vndicōtes fm ea
vel iudicia fm ea in publicā forā re-
digentes aut scribentes. Itē qui ea iuen-
ta de suis cācellarijs infra duos mēses
non piecerint. vel deleuerint. vel si dele-
ta fuerint: nihilomin⁹ fm ea iudicauerint.
aut ipā obseruari facere psumperint. e-
ca. Nouerit. Et sunt tales nihilominus
feudis ecclesie puati. e. c. Brauē. Et abs-
olutio pape. s. Absoluendi.

Excomunicati sunt potestates rectores cōsu-
les temporales siue ipoz officiales q ec-
clesias vel ecclesiasticos grauāt talleis.
collectis. exactioib⁹. 2 alijs in debitis vnes-
ribus. Sentētie quoq; 2 constitutōnes
ab eis facte sunt irritē: nisi moniti satisfe-
cerint competenter. Similiter 2 fautores
res ipozum. 2 qui eisdem in officijs suce-
cedent regiminis: nisi infra mēsem satis-
fecerint. extra de emu. eccle. c. Nō min⁹.
ca. Aduersus. e. ri. c. Lxxiis. li. vj.

Excomunicati sunt singulares psonē cō-
pellentes ecclesias vel ecclesiasticos sol-
uere pedagia. guidagia. siue exactiones.

de rebus suis quas non deferunt causa
negociationis: non obstante p̄raria cō-
suetudine. Et si fuerit collegiū siue com-
munitas locus ip̄e interdiciū incurrit: 2
debet ab ordinario publice denunciari.
Nec absoluantur predicti donec satisfice-
rint. de censi. c. Quauquā. libro sexto. e-
ri. c. Presenti. in clemē. 2 infra.

Excomunicati sunt seculares prohiben-
tes subditos ne psonis ecclesiasticis ven-
dant vel ab eis emant aut molant: vel eis
panes coquant aut alia obsequia exhibe-
ant. de emu. ec. c. Los. li. vj.

Excomunicatus est quicunq; repressalis
as seu pignorationes contra psonas ecc-
lesiasticas vel eoz bona pcellerit. aut
coactas ad nos extenderit. Et si vni-
uersitas vel communitas hoc fecerit in-
terdicto subiacet: nisi infra mēsem a tē-
pore concessiois vel extensionis reuoca-
uerint re integra. (Nota alias satisfaci-
ant) de iniuria et damno dato. c. vno.
libro sexto.

§. xv.

Excommunicati sunt seculares impediē-
tes ne pro causis ad forum ecclesiasticū
pertinentibus recurratur ad curiam: vel
ne libere super eisdem impetrētur. vel ne
causē ip̄e coram ecclesiastico iudice tra-
centur. Item dantes illis in hoc auxili-
um vel consilium. nec possunt absolui ni-
si satisfacto iudici et parti lesis. de emu.
ec. c. Quoniam. li. vj.

Excomunicati suspensi 2 interdici sunt
omnes ordinarij cōsiliarij vel delegati
eorum. 2 quicunq; alij conferentes vel re-
cipientes aut se intromittentes de bene-
ficijs officialium pape vel alioꝝ in ne-
gocijs proprijs vel alioꝝum ibi occupa-
torum vel illuc aut inde tendentium. is-
fra. Suspendio. §. ij.

Excomunicati sunt capientes. spoliātes
percipientes. mutilantes. vel occidētes
recurrētes ad curiam pro causis suis.
vel causas sibi ex cōmissione ibi factas i-
tra vel extra curiam iudicantes aut pro-
sequentes et dantes eisdem in illis con-
siliū. auxiliū. vel fauorem. 2 absolu-
tio aperferuatur. Et tangit etiā quos-
cunq; etiā episcopos. ex processu āna
li. supra. Absoluendi facultas.

Excommunicatus est impediens ne vi
ctualia et alia necessaria ad curiam roma
nam portentur. Similiter defensores i
pedientium. et absolutio pape referuatur.
ex pcessu annali.

Excommunicati sunt qui propria auctori
tate capiunt spoliant vel percutiunt ve
nientes ad curiam intra vel extra vrbes
vel inde recedentes. vel qui hoc fieri ma
dant. et est absolutio pape referuata. Ex
pcessu. s. Absoluendi facultas.

Excommunicati sunt hostiliter inuadentes
vel detinentes almā vrbe. vel ciuitates.
terras. loca. iura ad romanā ecclesiam spe
ctantia. et ipsorum fautores. defensores.
adherentes. et consiliarij. non obstante
quocunq; privilegio. et absolutio est pa
pe. ex pcessu. Supra. Absoluendi fa
cultas.

Excommunicati sunt qui romanos vl ali
os pro iustis causis. negocijs nauigio
rectos spoliant. extra de rator. c. Ex
communicationi. Similiter et omnes pi
rati. Et est absolutio pape referuata. ex
pcessu. s. Absoluendi facultas.

Excommunicati sunt simili modo et a pa
pa absoluendi omnes spoliantes nauiga
tos. c. vbi. s. et ex pcessu.

Excommunicati sunt qui rectorem a papa
institutum vel glium ipsius pape vel ses
dis officialem siue ministrum. aut ab eis
dem deputatum occidit. inuadit. vl ma
le tractat. Joh. xxij. in extraua.

Excommunicatus est qui fugientem ad ec
clesiam vel infra triginta passus circui
tus eius violenter aliquem extraxerit. x
vij. que. iij. Diffiniuit. nisi esset latro vel
nocturnus depopulatoz agrorum. extra
de emunitate ec. Inter alia. infra. s. xxx
vij. infra. Fugientem.

Excommunicati sunt qui in locis fratrum
predicatorum vel minorum dampnabile
violentiam exercere presumunt. et a solo
papa absoluendi vel conseruatore ordi
huiusmodi. Extrauaganti Alexandri q
incipit. Ex alto.

Excommunicatus est committens sacrile
gium. infra. s. xxxvij. infra. Sacrilegiu
committitur.

Excommunicati sunt inuadentes vl vsur
pantes bona ecclesiarum predialia et
am auctoritate cuiuscunq; principis si
ue regis absq; p'sensa prelatoz. nisi re
stituerint. xij. que. ij. Quicunq;. infra. s.
xxxvij.

Excommunicati sunt omnes vsurpantes regalia
glosa. collecta. vel tributum quod regis
nomine fit. vel custodiam. vel guardiaz
glosa. id est ius patronatus siue titulu
aduocationis vel defensionis in eccl'is
monasterijs. siue alijs p'js locis. et bona
locorum vacantium illo modo occupa
re presumentes. de ele. c. Generali. libro
sexto. Similiter clerici siue mōachi mo
nasterioz procuratores bñdi vsurpati
onem. Ibidem.

Excommunicati sunt alienantes et aliena
ta q'cuq; titulo recipientes bona eccl'ie.
preterq; in casibus a iure permissis. Et
episcopis est interdictus ingressus eccl'ie
et etiam abbatibus et vt infra. Suspen
sio. s. vs infra immediate.

Excommunicati sunt laici cōpellentes ad
alienationes siue submissiones ecclesia
rum. vel honorum ipsarum faciendas si
ne casu capituli et iusticia pape. Si
aliter etiam qui ante compulerūt: vi
si moniti festināt. s. q licite obtinet
huiusmodi submissiones: si plus debito
sibi inde vsurpant. et ad hanc sententi
am incurrunt. Nisi moniti desisterint. et
vsurpata restituerint. de rebus eccl'ie. nō
ca. s. consultissimo. libro sexto. Supra
Bona immobilia. Infra. Suspen
sio. s. sexto.

Excommunicatus est impediens fructu
um sequestrationem. de sequestra. posses
cap. vnico. in clementi. et infra. Seque
stratio.

Excommunicatus est fructus sequestra
tos occupans. Ibidem.

Excommunicati sunt inferiores episco
pis quibus huiusmodi a papa examina
re committit et consentire: si consentiūt
in alienationes rerum ecclesiasticarum
vel decretum suum interponunt ex gra
tia: timore: vel force in grauamen eccl'ie
sic. Similiter omnes procurantes hui
usmodi alienationes fraude vel dolo:

sciēter in graua men ecclesie. Episcopi autem hoc facientes sunt ab executione officij suspensi per annum. et si se ingesse rint diuinis: sunt irregulares: a solo papa absoluēdi. Et nihilominus predicti prius satisfaciant damno ecclesie illato. Extrauaganti Pauli secundi. Que incipit. Eū omibus iudicijs.

§. xvij.

Excomunicatus est impediens nuncios apostolicos quo nauigatio nō fuerit ex ecura. Extrauaganti Johānis vicesimi secundi. que incipit. Sup gētes et reg.

Excomunicati sunt qui uisitatores monialium in suo processu impediunt quez fm hanc constitutionem faciunt. nō obstantibus priuilegijs. de statu monia. c. Attendentes. §. Si q. in clemen.

Excomunicati sunt et a papa absoluēdi qui sine auctoritate et causa rationabili ac legitima terris suis nona pedagia imponunt. Ex processu. j. Thelonea.

Excomunicati sunt facientes monetam falsam in regno francie et alios alibi decipientes. Extrauaganti Johannis vicesimisecondi. Que incipit. Prodiēt q. q. ex adipe. Ultra etiam falsam ambros mentes et illuc eam pōtāes. e.

Excomunicatus est magister vel scolaris tractans cum ciue bono. de conductione domus et hospitij irrequisitis inquilinis. nisi tempus conductionis ito rum sit elapsum. extra de loca. et conductione. Ex rescripto.

Excomunicati sunt facientes cantilenas vel libellos falsos aut richmos i detractionem status ordinis predicatorum vel minorum. et etiam publicātes huiusmodi. et a papa absoluēdi. Extraua. Alexandri que incipit. Ex alto. et alia eiusdem que incipit. Nō sine mitra.

Excomunicati sunt docentes vel defendentes q. predicti fratres non sunt in statu perfectionis. vel q. non liceat eis de elemosynis uiuere. vel q. cum licentiam pape vel episcopi habent: non liceat eis audire confessiones secularium. nisi etiam requiratur licentia rectorum ecclesiarum. et absolutio pape reseruatur. extrauaganti Alexandri. que incipit. Ex al

to. vt supra. Et alia eiusdem que incipit. Nō sine multa.

Excomunicati sunt et a papa absoluēdi magistri et scolares parisijs excludētes predictos fratres a consortio vniuersalis studij. Extraua. Ale. que incipit. Ex alto.

Excomunicati sunt retinētes apostatas dictorum ordinum. scilicet predicatorum et minorum: nisi requisiti eos eiciāt. extrauaganti Bonifacii octau. que incipit. Virute.

Excomunicati sunt minores recipientes professos ordinis predicatorum. et econ uerfo. sine licentia pape vel superiorum. extrauaganti Alexandri et clemen. ex editio minorum. extrauaganti. Quos vos. et Alexander quartus extendit hoc etiam ad heremitas. Extrauaganti dicta. vestrant. vestrant. ubi excomunicantur heremite et alij religiosi recipientes apostatas fratrum minorum. Idem. Alexander in extrauaganti que incipit. In graua me ordinis vestro.

§. xvij.

Excomunicati sunt qui alicui prope seculera sua per sedem apostolicam vel ab ipso vel regno depositio et anathemati tatio (Sicut olim Fredericus fuit) tanquam ipatori vel regi consiliū auxiliū siue fauorem prestant cum penis. de sententia et re iudicata. ca. Ad apostolice. §. Nos itaq. libro sexto.

Excomunicatus est quisquis vacante imperio officium eius que vno quocunq. colore presumit occupare. Item auxiliū vel fauorem prestantes. vel eis vt talibus parentes. Extrauaganti Johānis vicesimisecondi. Que incipit. Si fratrum et coheredum.

Excomunicatus est et a papa absoluēdus quicunq. aliquem abiq. speciali et expressa licentia presumit absoluere ab alia qua sententia contenta in processu. Et interdicitur ei officia rē. Et tangit etiam episcopos. et est absolutio reseruata pape. Ex processu. supra. Absoluēdi facultas.

Excomunicatus est et a papa absoluēdus qui preterea cuiuscunq. indulgētijs

vel facultatis a Sixto quarto vel eius auctoritate quomodo cunq; et pro quocunq; concessit: nisi specialem mentionem faciat de hac constitutione: aliquem absolueri presumit ab aliquo casuum in processu annali et dicta constitutione contentorum. vel qui ut supra vota continentie vel religionis aut ultramarinum vel ad limina beatorum Petri et Pauli. vel ad Compostellam absolueri aut commutare presumit. Extravaganti sicuti quartum. que incipit. Et si dominici gregori. supra. Absoluendi facultas. latius omnia vide.

Excommunicati sunt religiosi videntes religiosi imperitis licentiam eundi ultra mare ad predicandum. Extravaganti Johannis vicemsecundi. Ad nostrum nuper. et sine licentia sicuti prelati in scriptis eluc euntes religiosi. Et est absolutio papalis. Ibidem.

Excommunicatus est sacerdos habens officium vicecomitis nisi monitus cesset. extra ne clerici vel monachi. ca. Clericis. Juncta glosa.

Excommunicatus est episcopus grecus substitutus a latino si ei in sua ciuitate non obtemperauerit. extra de offi. or. c. Quam in plerisque.

Excommunicatus est episcopus se ingrens et cum alio episcopo in eadem ciuitate officium preiulatus exercens. vbi. s.

Excommunicatus est episcopus ordinans clericos alterius diocesis sine licentia. de sim. lxx. Si quis. r. c. Clericus.

Excommunicati sunt principes et alii quicunq; ecclesiastici vel seculares qui aliquem christianum faciunt occidi per assassinos vel mandauerint etiam morte non subsecuta. Item qui eisdem receperunt. defensderint vel occultauerint. Et sunt etiam priuati omni honore. dignitate. officio. et beneficio. que alijs liberis conferantur.

Ipse et eorum bonis mundana sunt omni populo christiano diffidata. de homi. c. Pro humani. li. vi.

§. xix.

Excommunicati sunt procurantes qui conservatores limites sue commissionis recedant. de offi. iudi. c. De hac constitutione.

libro sexto. §. Conservatores.

Excommunicatus est fingens causas ut iudex personaliter accedat ad recipientem testimonium a muliere. de iudi. ca. Mulieres. libro sexto.

Excommunicati sunt ingredientes monasteria monialium ordinis predicatorum: extra casus in eorum constitutionibus permissis. nec absolueri nisi a papa vel magistro ordinis vel cui alter eorum hoc commiserit. ut in bulla eorundem.

Excommunicati sunt intrantes monasterium sororum sancte clare in casibus et modis in eorum constitutionibus non concessis. ut habetur in bulla Gregorij noni. Que incipit. Et si omnium. Et reseruat pape. per bullam Eugenij quarti.

Excommunicati sunt euntes ex voto vel deuotione ad terram sanctam sine licentia pape vel eius penitentiarii: qui hac licentiam potest etiam alijs committere. ut patet in privilegio penitentiarii. Et absolutio alteri eorum reseruatur. in extravaganti Johannis vicemsecundi. Que incipit. Ad nostrum nuper. Et religiosi in scriptis in iura illuc euntes. c. Extravaganti. Ad nostrum nuper. Et est absolutio papalis.

Excommunicatus est prelati dans licentiam ineptis illuc eundi. vbi. s.

Excommunicatus est episcopus ad curiam latenter veniens vel inde absque licentia pape recedens vel latenter receptus. Similiter qui latentem non manifestat. Extravaganti Johannis vicemsecundi. que incipit. Est plator.

§. xx.

Excommunicati sunt religiosi mendicantes sine speciali licentia pape ad quocunq; ordinem possidentium transeuntes: excepto ordine carthusiensis. Similiter et recipientes. nec valet receptio. Et absolutio pape reseruatur. Extravaganti Hartini quinti. que incipit. Viam ambiciose. Quasi rite. scilicet de licentia pape transierint: licet eorum aut vocem in capitulo non habebunt. etiam si ab alijs ipsis concederetur. Nec administrationes of

ficia vel prioratus etiam vt vicarij con-
sequi possunt. Nec etiam pro se vel alijs
curam animarum gerere. Contrarium
factum irritum est. non obstante priuile-
gio. de regularibz & transuentibz. c. Ut
professores. in clementinis.

Excommunicatus est religiosus profes-
sus tacite vel expresse habitum vbiunq;
q; temere dimittens. ne clerici. vel mo-
nachi. c. Ut periculosa. li. sex. glo. ver. Te-
mere. dicit q; ex iusta causa licet habitum
transformare. Item glosa. e. verbi. Ipso
facto dicit. q; alias religiosus apostata
non est excommunicatus: sed excommuni-
catus nisi dimiserit habitum. vel ad stu-
dia ierit. vt infra.

Excommunicatus est religiosus ad stu-
dia etiam in habitu accedens sine licen-
tia sui prelati cum consilio maioris par-
tis conuentus. c. vbi supra. Et intel-
ligitur de studio litterarum vel theologie.

Excommunicati enim sunt religiosi ex-
iuntes monasterium ad audiendum leges
vel phisicam ipso facto. et publice denun-
tiantur per diocesan. nec audiuntur vo-
lentes in aliqua causa patrocinium pre-
stare. reuersi. quos ad claustrum: vltimi
fratrum maneat. nec ulterius promoue-
antur sine licentia pape. etiam si ad ex-
iundum licentiam prelati habuissent. ex-
tra ne clerici vel monachi. capi. Super
speculam.

Excommunicati sunt doctores vlt magi-
stri scienter docentes vel in scholis retine-
tes religiosos qui dimisso habitu leges
vel phisicam audiunt. ne clerici vel mo-
nachi. ca. Ut periculosa. libro sexto. glo.
verbi dimisso. dicit. q; si non dimise-
rint habitum sunt nihilominus doctores
excommunicati. quia comunicant eis
in crimine.

Excommunicati sunt et penis predictis
innotati archidiaconi et quicunq; cle-
rici personatus habentes: ac presbyteri
si leges vel phisicam studuerint. nisi infra
duos menses destiterint. postposita ap-
pellatione. extra. e. tit. Super specula.
modificatio. infra. Ratores.

§. xxj.

Excommunicati sunt nouam religionem ad-

intinentes vel inuentam affumentes aut
habitum deferentes. extra de religiosis
domibus. ca. Ne nimia. et. e. tit. c. Religi-
onem. libro sexto. §. p. b. ibentur. Sed
per extravagantem Jobanis vicesimo
secundi. que incipit. Sancta romana.
excommunicantur tales etiam episcopi
et alij eisdem fouentes vel habitum de-
ferentes sine licentia pape. etiam sub spe-
cie alterius religionis. Et est absolutio
papalis.

Excommunicati sunt ordines noui me-
dicantium fouentes. vt infra. Similiter
extinctos in ordines ad professionem ap-
liquem recipientes. vt infra. Ordines me-
dicantium.

Excommunicati sunt religiosi mendicantes
aliquem infra annum probatio-
nis ad professionem recipientes vel im-
pedientes volentem egredi infra dictum
annum. de regula. c. Non soluit. c. Con-
stitutionem. libro sexto. §. vj. §. vj. vj. vj.
noribus & pdicatoribus.

Excommunicati sunt mendicantes reli-
giosos domos vel loca noua recipientes
sine licentia pape. vlt etiam antiqua dimi-
tentes seu alienantes. de excessi. prelato-
rum. v. vj. §. De penis. c. Lupien-
tes. in clemen. §. Religiosi medicantes.

Excommunicati sunt monachi vel regu-
lares non habentes administrationes si
sine licentia ad curias principum se con-
ferunt vt monasterio suo damna inferant.
vlt sine licentia arma intra septa mona-
sterij tenent. de statu monachorum. ca. Ne
in agro. §. Nos eorum. §. Prefato. in cle-
mentinis. vbi plura de monachis cum
penarum adiunctione habent.

§. xxij.

Excommunicati sunt religiosi sine licen-
tia speciali p. b. an. sacramenta eucharis-
tie vel extreme vnctionis ministrantes
aut matrimonia solemnizantes. Itē. Ab-
soluente excommunicatos a canone in
casibus non permissis expresse. Itē. Ab-
soluente a sententijs statutorum puin-
cialium vel synodaliū. Item. Absoluente
a pena et culpa. et est absolutio papalis
non obstantibus priuilegijs. d. priuile-
ca. Religiosi. in clementi. Item glo. ver

bi. Speciali. Cōsulo vt de personis cō-
ferente ⁊ recipiente ac sacramēto fiat spe-
cificatio. licet nō expmatur nomē parro-
chiani vel ecclēstie. ⁊ tamē de sacramē-
to fit specificatio crederem q̄ euitaretur
pena. Glosa verbi. Presbyteri. sufficit li-
centia prochialis: etiā si nō sit presbyter
vel etiā eius vicarij. §. xxxv.

Excommunicati sunt religiosi in sermoni-
bus vel alibi retrahentes populum a so-
lutione decimarū debitariū: de penis. c.
Lupiteres. in clemē. §. Idos. s. Decimas.
Excommunicati sunt religiosi qui suspensi
ab officio predicatōis p̄ eo q̄ contenti
bus nō fecerūt conscientia de decimis sol-
uendis nihilominus p̄dicare p̄sumunt.
e. c. §. Qui vero. s. Decimas nō.

Excommunicati sunt religiosi officia vel
beneficia nō habēt q̄ noua nō aut alia
decimas ecclēstie libere in seute vārpant
aut fraudāt ipas. ⁊ dum nō p̄mittūt
decimas dari de aialibz suis famulariū
aut alioz suo gregi admittūt. el de aialibz
bus q̄ emūt ⁊ alijs tenēda tradūt. vel de
terris q̄s alijs tradunt colendas. Si
autem habent administratōes ⁊ bñficijs
sunt suspēsi ab officijs ⁊ bñficijs. nisi req̄-
siti infra mēsem desistāt ⁊ infra duos mē-
ses ecclēstie lesis satisfaciāt. nec absolu-
possunt nisi satisfacto. nō obstante priui-
legio. Nō tñ intelligit̄ de animalibz q̄ te-
nentur per vere donatos eorumdē. d. de
cimis. c. Religiosi. in clemē.

§. xxxij.

Excommunicati sunt impediētes vel nō
admittentes testamētū legitime factū.
extra de testamētis. c. Lum. oēs.

Excommunicatus est triennio et sex mē-
sibus diacon⁹. sacerdos vero sex annis
et sex mensibus qui ex ignorantia vel ne-
gligentia mortuum inuoluerit fact⁹ pal-
lis altaris vel hoc permiserit. de consec.
distin. i. Remo.

Excommunicatus est quisquis: etiā ep̄s
qui corpus defuncti incidit vel deco-
perit pro ossibus transferendis ⁊ corpus
sic exossatū carebit ecclēstia sepultura
extrauaganti Bonifacij octauū que inci-
pit. Detestā de sec⁹ si alia causa.

§. xxxij.

Excommunicati sunt clerici ⁊ religiosi qui
inducunt ad sepulturam secum eligēdā
vel vt electam quis amplius nō mutet.
Item qui super hoc iuramentum exigat
vel ad id vouendum aliquem induxerit
Et absolutio est pape cū penis alijs ibi
constitutis. de penis. c. Lupientes. i. cle-
men. §. Sane. scz q̄ ille sine contradicōe
debet sepeliri in ecclēstia ad quam de iu-
re p̄tinet. Et ipi suosores si requisiti nō
restituerit corpus ⁊ omnia que obuene-
runt ratione funeris infra decendū: tūc
ecclēstie eorum ⁊ cimiteria sūt interdicta
vsq̄ ad restitutōem. Et absolutio est pa-
pali. de sepul. c. Diaz. li. vi.

Excommunicatus est scienter sepeliens
hereticum. receptatorē. defensorē vel
fautorē eorumdē. Nec absoluitur. ni-
si satisfactōe p̄stita. Et nisi proprijs ma-
nibus eum publice extumulēt: ⁊ corpus
proiciat: sed et locus idē careat perpe-
tua sepultura. de hereticis. c. Quicunq̄
li. vi. Item glosa verbi. extumulēt. dicit
dum nō dicit̄ eorum ab alijs possunt di-
scerni. sicut habet de excoicatis. extra. d.
sepul. c. Sacris.

Excommunicati sunt quantumcūq̄ exē-
pti ⁊ p̄uilegiati qui tempore interdicti
preterit̄ in casibus a iure p̄missis in si-
milibz aliquem sepeliunt. vt infra Se-
peliri possunt. Itē scienter sepelientes
publice excommunicatos. Itē nomia-
tim interdictos. Item manifestos vsura-
rios. nec absoluendi sunt nisi ad arbitri-
um ep̄scopi: satisfacto ipis lesis. de sepl.
ca. Eos qui. libro sexto. Et sepelientes
vsurarios sunt etiā suspēsi ab officio
vsq̄ ad dictam satisfactionem. extra de
vsuris. c. Quia in omnibus. Itē exēpti
dūt extumulare excoicatos p̄ eos sepul-
tos. extra de pu. c. Ad bec. §. Suspēsi
ab ingressu. infra interdict⁹.

§. xxxv.

Excoicati sunt oēs heretici vtriusq̄ sex⁹
fautores. receptatores. ⁊ defensores eo-
rundem. de senten. excom. ca. Flourit.
Item oēs eis adherētes vel p̄sentietes
Item arma eis et victualia et alia qui-
bus christianos impugnent per se vel
per alios portantes. vel in premis cō-

i 4

filium: auxilium: vel fauorem prestates. et a papa solo sunt absoluendi. Ex processu curie. xxiii. que. pma. ca. pmo et. ij. Extra de hereticis. ca. Ad abolendam. ca. Excommunicamus. Similit eis credentes. defensores. et fautores. eo. c. Si cut ait. Absolutio pape. ex. p. c. s. u.

Excommunicatus est tacite qui pertinaciter asserit qd vsuras exercere no sit peccatum. Nam talis hereticus iudicatur. de vsuris. c. Ex graui. §. vltimo. i. clem. tinis. Et in glosa eodem. de senten. ex. ca. Ex frequentibus. verbi. Excomunicatōnis. in clemen.

Excommunicatus sic tacite est omnis asserens qd substantia anime rationalis perse non sit forma corporis humani. Nam et ipse hereticus censetur. de summa tri. ca. Fidei. §. Porro. in clementinis. i. glo sa vbi supra.

Excommunicatus existens indurat: vt hereticus censetur. iij. q. i. Qd autem. xx. ij. q. iij. Ipa pietas.

Excommunicati sunt mulieres beguinarum statum sectantes vel ipse de nouo assumptas. Item religiosi consilium vel auxilium ad hoc dantes. et statum earum fouentes. vel ad ipse inducentes. de religiosis. tom. v. ca. Cum de quibusdam in clementinis. Nullis modificatio habetur supra. Constitutio.

§. xxvi.

Excommunicati sunt rectores temporales locorum vel alij seculares qui de crimine heresis cognoscere vel iudicare presumpserint. Item qui captos pro eodem crimine absqz inquisitorum licentia liberauerint. Item. Qui executionem contra eosdem ab inquisitoribus ipis iniuncta prout ad eius officium spectat exequi sauerint. Item qd iniam v. processu inquisitorum impediuerint. Item qui se i negocio inquisitionis opposuerint inquisitoribus et eos impediuerint. Item qui in predictis scilicet enter consilium. auxilium. et fauore presterint. Et si excommunicationem huiusmodi per annum sustinuerint vt hereticus condemnatur. de hereticis. e. vt inquisitionis. li. vi. f. Rectores.

Excommunicati sunt inquisitores no es

piscopi si odij: fauoris: commodi: aut lacri obtentu procedere obmiserint. Item si obtentu predicto crimen heresis alii cui imposuerit. v. ipos in officio impediuerit. et talem super hoc vexauerit. Et absolutio reservatur pape. Si autē episcopi sint huiusmodi inquisitores. vt predicatur: excedentes: suspensi sunt triennio ab officio. de hereticis. c. Dulcorum. §. Vex. in clem.

Excommunicati sunt inquisitores v. eorum in hoc commissarij qui ratione officij huiusmodi modo illicito peccatas extorquent. vel qui propter clericorum delictum acceptant vt bona ecclesiarum ratione officij huiusmodi fisco applicentur. Et a solo papa premissa satisfactioe absoluantur. eo. ca. Nolentes. in de.

Excommunicatus est instrumentum pro hereticis comiciens. de hereticis. c. Ut inquisitionis. li. vi.

Excommunicati sunt qui demones iuocant. et sic per maleficia auxilium querunt. Extravaganti Johannis vicelimescudi. Que incipit. Super illi specula.

§. xxvii.

Excommunicati sunt arma. ferruz. ligna in galearum sarracenis portantes. qd eius christianos impugnent. Similiter sarracenorum galeas gubernantes. Et omnes illi erunt capientium serui. Nec absoluuntur nisi totum sic acquisitum et tantudem desuo in subsidium terre sancte destinauerint. Vel si non habent alias sufficienter puniantur. extra de iud. deis. cap. Itē quorundam. Et a solo pape absoluuntur. Extravaganti Clementis quinti. Que incipit. Dulca metis. et in processu curie.

§. xxviii.

Excommunicati sunt omnes scisma facientes contra romanam ecclesiam. septima questione prima. Nouaciana. de scismaticis. cap. Ad succidendos. libro sex.

Excommunicati sunt omnes scismatici. et a papa absoluendi. vt habetur ex processu curie. Excommunicati sunt omnes adherentes scismaticis. De scisma. capi. Ad succidendos. li. vi. Itē in quibus ordinacionibz a

scismaticis factis. extra eodem titulo. ca
pitu. pmo.

Excommunicati sunt patriarche episcopi
cardinales et quicunque alij simoniace or
dinari. electi. promoti. Et suspensi ab ex
ecutione ordinum suorum. Et electores
ac provisiones huiusmodi nulle sunt. et
tenentur ad restitutionem fructuum sic
perceptorum. Item dantes vel recipien
tes aliquid pro huiusmodi. et confirmā
tur omnes censure per quoscunque roma
nos pontifices contra simoniacos late.
Et extenditur hec constitutio ad omnē
quantuncunque simoniacum vbicunque si
moniam commisit: etiam in dignitate q̄
cunque ecclesiastica vel seculari etiam re
gali vtriusque sexus. Et ad quoscunque me
diatores interuentem et recipientem et
ad quoscunque scientem talem et nō pub
licantem. Nec possunt absolui donec re
uelauerint scientes. debent enim hoc in
tra duos dies reuelare aliquid. ita q̄ ad no
ticiam pape possit peruenire alioquin
cibunt vt predictum. Similia etiam pre
dictorum absolutio reservatur pape. nō
obstante quocunque privilegio aut qua
cunque facultate absoluendi: nisi specialē
mentionem faciat et auctoritatem con
tineat peccati simonie. Similiter abso
lutio non reuelantium reservatur pape
Nec in extrauaganti Martini quinti.
in concilio Constantien. que incipit. Vl
te. Item in alia eiusdem data Vantue
anno secundo pontificatus sui. que inci
pit. Damnable. ponit eadem. Idem Et
genius quartus in extrauaganti que in
cipit. Cum detestabile. data Rome apō
sanctum Leononum: pontificatus sui an
no quarto. Adiciet extendendo ad que
cunque dantem vel recipientem simonia
ce et mediatores cuiuscunque dignitatis
vt supra. Et addit q̄ omnes qui sciūt et
non reuelauerint per se vel alios pape vel
eius camerario vel cui ipse duxerit com
mittendum q̄cunque poterunt: non solū
illos qui simoniā commiserunt: sed etiam
ipos mediatores simonie non reuelau
erint: non possunt absolui donec reuela
uerint. Idem ponit Paulus secundus
quod Eugenius in sua extrauaganti: q̄

incipit. Cum detestabile. data. Decce
lxij. Similiter idem Paulus secundus
in processu bulle ionis. Et similiter Six
tus quartus idem fecit. Infra. Simonia
cetera crimina. Et in Bilanella. eodem
§. septimo.

Excommunicatus est qui petit pecuniā
ab ingressuro religionem: q̄lias admit
tere nolens. id est. pactum faciens. in ex
trauaganti Urbani. xi. que incipit. In
vinea.

Excommunicatus est electionis simonia
ce particeps cuiuscunque status ex con
cilio Basiliensi. sessione decimatercia. et
supra. eo. §. Excommunicati sunt patri
arche

Excommunicati sunt pactus quomodo
cunque facientes vel promissionem ad al
liq̄ quantuncunque paruum dādū vel reci
piendum pro aliqua iusticia vel gratia
a sede apostolica obtinenda. Similiter
omnes dantes vel recipientes intuitu hu
iusmodi pacti. Similiter talia scientes et
infra triduum. sicut supra eodem. §. Ex
communicati nō reuelantes. Et absolutio
illorum reservatur pape. sic tamen q̄ rez
ceptam pauperibus et ogetur. ipsa autē
gratia sic obtenta. invalida est. Nec ex
trauaganti Bonificii octaui. que incipit
Excommunicam?

§. xxx.

Excommunicate sunt singulares perso
ne ecclesiastice si vltorios. manifestos
in suis terris non inde oriundos permi
serint domos ad senus exercendum cō
ducere vel conductas inhabitare: vel q̄
ipsis ad hoc domos locant: aut quocun
q̄ titulo concedunt. Si vero episcopi
fuerint suspensionis: collegium autē
vel vniuersitas interdicti sententia in
currunt. quam si per mēsem indurati su
stinent: terre eorum interdicte sunt q̄
diu huiusmodi vsurarij inibi morantur
Seculares autē predicta facientes per
censuram ecclesiasticam compescantur.
de vsuris. ca. Usurarius. libro sexto. Et
scdm doctores intelligitur de iudeis.
Quia constitutio indistincte loquitur.
Dinc glosa. eo. in cle. c. Ex graui. Vbi
censura dicit q̄ ecclesia hmoi censuras

usurarioꝝ etiam exercet contra iudeos. Eugenius quartus dicitur cōtrarium declarasse. Item Petrus de ancho. dicit q̄ intelligitur de collegio tā ecclesiastico q̄ seclari. fm̄ Huil. 2. Archidia. Vide in Bisanelle. Usura. iij. §. penl. Excoꝛicati sūt dñi rectores siue officiales aut alij facientes dicrātes v̄l scribētes statuta super vsuris soluendis. vel solutis non repetendis vel non restituēdis. Si militet qui iudicant fm̄ illa statuta. vel qui dum potuerint nō deleuerint ea de libris infra tres menses. Similit̄ q̄ statuta huiusmodi obseruant. de vsuris. c. Ex. graui. in clemen.

§. xxxi.

Excoꝛnicatus ē falsificans litteras papę per se vel per alium. Item fautores & defensores eorundem. Item sciēt v̄tenes litteris huiusmodi. Clerici falsificātes illas sunt excoꝛnicati in officijs & beneficijs perpetuo priuati. Quod si per se exercuerunt: degradati tradantur curie seculari fm̄ leges puniendi. Similit̄ et laici fm̄ leges ipas puniantur. Si vero v̄tūtur litteris illis vel alios falsificatis incidunt dictam priuationis penam. Extra de crimi. falsi. c. Alii falsarioꝝ. Et q̄ se litteras tales habere cognoscit nisi infra viginti dies easdem destruat vel resignet: incidit eandem sententiā. Glosa. si ipse eas impetrasset ipso facto. vt supra. incidet. extra eo. c. Dura. Et intelligitur de litteris gratiarum & iusticiarum & supplicationum per papam vel eius vice cancellarium aut vices eius gerentes si gnatas: a quibus etiā solis sunt absoluedi. Ex. p̄cessu curie.

Excoꝛnicatus est & a papa absoluedus q̄cuq̄ appouerit manum ad corrigendum vnicum punctum bylle apostolice vel littere eiusdem nisi sibi fuerit comissum. Ex. p̄cessu curie.

Excoꝛnicatus est laicus litteras recipiens apud sedem apostolicam non de manibus papę vel aliorum ad hoc officiu de putatorum. Si clericus fuerit priuetur officio & beneficio. et absolutio reservat̄ papę. extra de crimi. falsi. c. Dura.

Excoꝛnicatus est & a papa absoluen-

duus qui litteras vel sigillum alicuius cardinalis falsificauerit: aut eis falsificatis scienter vsus fuerit. Extrauaganti Johannis vicessimisecundi. Que incipit. Impellit nos.

Excoꝛnicati sunt glosantes constitutionem Nicolai papę tertij circa declarationem regulę itarum minorum alie q̄ gramaticaliter. Item si quis doctor intellectum ipm publice vel occulte de prauauerit. Item cōmentum vel scripturam de super facientes. Item in tōm de terminantes vel predicantes ex certa scientia contra aliquid dicte constitutōis. nec absoluedi sunt nisi a papa. non obstantibz puilegijs & alijs quibuscūq̄. de verboꝝ significatio. cap. Exijt qui seminatus. §. vltimo. libro sexto. Nec cōsura suspensa est. sicut infra. §. lxxij. habetur.

§. xxxij.

Excoꝛnicati sunt religiosi exempti & alij religiosi qui modo exposito. scilicet in quibus pergratis vel p̄simili modo celebrando. aut alias non seruauerint interdictum a papa vel ordinario positū. cū illud cathedralis vel matris ecclesia seruat. de sententia excoꝛnicatōis. c. Ex frequentibus. §. Nos ergo. in clementi. Idem in cessationibus generalibz a diuinis factis per prouinciale concilium. vel eum qui hoc potest de iure vel de cōsuetudine. dummodo hoc ecclesia. vt supra. seruat. et hoc respicit pendentia. nō obstantibus priuile. vbi supra. §. Ne etiam.

Excoꝛnicati sunt domini temporales cogentes missas celebrari in loco interdicto. Item qui ad addendum inibi missas faciunt populum euocari. Item qui prohibēt ne publice excoꝛnicati vel interdicti moniti per celebraturos exeant. Et absolutio reservatur papę. & sententia excoꝛnicationis. c. Grauis. in clementi.

Excoꝛnicati sunt secundo qui prius publice excoꝛnicati vel interdicti si moniti nominatim a celebrantibus noluerint exire tempore celebrationis. et et absolutio papę. eo. c. §. Ne igitur.

Excommunicati sunt fratres minores ad
mittentes tempore interdicti personas
tertij ordinis sancti francisci ad diuina in
uis ecclesijs. non obstantibz priuilegijs
horum vel illorum. Et sunt a papa vel
diocefano in hac parte pape commissa-
rio absoluendi. de senten. excom. ca. Ex
eo. in clemen. Huic constitutioni dero-
gatur per sextum quartum. §. xxxix.

Excommunicatus scienter se ingerens di-
uinis. fit irregularis. extra de clericis. r.
co. c. Apostolice. Est dispensatio pa-
pe. de peni. r. re. c. Cum eterni. si. vi. Si
militor clericus quocumqz ordinem solē-
niter exequens. ut sacerdos. solemniter ba-
ptisans. vel sacramentaliter absoluens.
vel diaconus. et angelum. denique in
suo ordine decantans. r. subdiacon. epi-
stolam. r. huiusmodi. Et absolutio refer-
tatur pape. r. q. iiij. c. penultimo.

§. xxxij.

Excommunicati sunt eadem sententia cle-
rica qui comunicant nominatim a papa
excoicatis et eisdem ad diuina recipiē-
tes. r. a papa absoluendi. extra de sentē.
excom. c. Significauit. Glosa. Quia il-
li erant excommunicati cum participanti-
bus vel clerici participant eis in crimine. sic
eo. c. Si cubine. §. §. lxxij.

Excoicatus est eadem sententia qui scienter
participat excommunicato cuz participā-
tibus. extra de sen. ex. c. Quod i dubijs.
Et ab eodem excommunicatoze absoluē-
dus. extra. e. c. Significauit.

Excoicatus est eadem sententia r. ab-
soluendus ab eodē excoicatore qui par-
ticipat in crimine cum excoicatoze p eodē
Et dicitur participans qui in eodē crimi-
ne ei consilium. auxilium. vel fauores p-
stat. Et idem etiam dicitur consentiens
ideo etiam eadem pena plectendus. ex-
tra de senten. exco. c. Ruper. Et intelli-
gitur tunc incidere quādo ei participat
postqz ille pro facto est excoicatus.
vt notat extra. e. c. contingit. et Panor-
mita. super dictū. c. Ruper.

Excoicati sunt clerici si concubinis p cri-
mine excoicatis participant in eo-
dem. extra. de sen. ex. c. Si cubine.

§. xxxij.

Excoicati sunt scienter contraben-

tes in gradibus consanguinitatis r. affi-
nitate prohibitis. Item contrabens
cum moniali. Item clerici in sacris con-
stituti contrabentes. Item religiosi pro-
fessi vtriusqz sexus contrabentes. Item
scienter inter predictos matrimonium
celebrantes. Et debent denūciari ac vi-
tari donec separati mereantur absolui.
De sangui. a affini. c. unico. is. cle.

Excoicatus est qui petit pecuniam
ad ingressuro religionem alias non ad-
mittendo. id est. pactum faciens. Extra
uagan. Urbani. xi. que incipit. In vinea
supra. §. xxxix.

Excoicatus est qui perpetrat factū
quod platus per constitutionē sub exco-
municatione prohibuit. de pstitū. ca. Ut
animarū. li. vi.

§. xxxv.

Excoicatus est r. ab officio admini-
strationis. predicationis. lectionis r. cō-
fessionum audiētia priuatus. ac a papa
absoluendus quicunqz absoluit aliquē
ab aliquo casu processus curie sine speci-
ali auctoritate. ex processu. r. sic. Supra.
§. xvij.

Excoicatus est qui alicui censurę eccle-
siastice absoluētem vel reuocatōnem
per vim vel metum extorsit. nec extor-
ta valebit. de his que fiūt. c. Absolutio-
nis. li. vi. Si autem vim inferens nō ob-
tinuit hmoi absoluētem. tunc nō est ex-
coicatus. Glosa. e. §. Extorsit. Item
glosa. §. Sententia. dicit. etiā iniustaz.
Item glosa. §. Reuocatōem. intelligit.
vbi sententia nō tenuit. vel extendit ad
absoluētem ad cautelā.

Excoicatus debet a superiori remitti
ad excoicatorē pro absoluō-
ne dummodo sententia fuerit iusta. nisi
excoicator requisitus maliciose
distulerit absoluētem. Si autem du-
bia sit potest illam superior relaxare. de
senten. excom. ca. Venerabilibus. libro
sexto. Alias sine licentia excoicatore
toris non debet absolui. Extra de offi-
iudi. or. ca. Cum ab ecclesijs.

Excoicatum ab episcopo nō potest
inferior absoluere nisi de eius mandato
xxvi. q. vi. p totū. glo. e. ca. Quāt. dicit
nisi in articulo necessitatis.

Excommunicatos ab archiepiscopo vel alio subdito episcopi non potest archiepiscopus absoluere. Sed excommunicatos ab episcopo vel eius officiali potest: dummodo ad ipsum fuerit appellatus. de sen. ex. ca. Venerabilibus. li. vi.

Excommunicatus si cautione prestita de parado absolutione perit: sed suffraganeus qui excommunicatus: maliciose distulerit absolutionem: potest ipsum archiepiscopus absoluere. extra de offi. or. c. Ad reprehendum. extra de sententia ex. c. Per tuas. c. Sacro.

Excommunicatus pro debitis si impotens est ad solvendum: absoluitur prestita cautione quam potuerit solvare. extra de solutio. cap. Dardus.

Excommunicatus non pro rationabili causa: a iudice ore absoluatur. et excommunicator condemnatur illi in expensis. extra de sententia. excom. ca. Sacro.

Excommunicatus in dubio verum finis valeat absoluatur ad cautelam. extra. e. c. Per tuas.

Excommunicatus peris absoluitur propter nullitatem sententie. s. Absolutioem.

Excommunicatus qui se ad iniusticiam prestita cautione potest absolui etiam si pare aduersaria ne absoluatur appellatur. extra de appel. c. Qua fronte.

Excommunicatus a delegato pape potest infra annum ab eodem absolui. postea vero a solo papa. extra de offi. dile. c. Quereiti.

Excommunicatus religiosus per iniectioem manus in clericum secularem absoluitur. Infra. Religiosum potest. Similiter et clericus. s. Absoluere potest.

Excommunicatum religiosum per iniectioem manus in religiosum alterius monasterii vel abbas absoluere debet. extra de sententia. excom. c. Cum illoz.

Excommunicatos pro iniectioem ante ingressum ordinis facta: potest abbas absoluere. ubi supra.

Excommunicatus pro iniectioem manus a solo papa vel eius legato absolui potest. x. vij. q. iij. Si quis suadente. extra de sen. excom. c. Non dubium. c. Quod de his. etiam si lesio satisfacta. e. c. Quamvis. Excepro mortis articulo in cap. predictis. Item qui impediunt infirmitate. inimicitia. inopia. puerili vel senili etate. fragilitate se-

rus. seu corporis ipotentia alia. aut alio canonico impedimento quo ad sedem accedere vel illum cui commissum esset non possunt. vel qui tunc beneficio excusantur ita quod qui tpali laborant impedimento: prestent iuramentum quod statim cessante impedimento se illum recepturos. et inde mandatum representent. extra de sen. ex. ca. Quamuis. c. Quod de his. Pueri tamen infra annos discretionis manus iniectores non tenentur potest ad sedem ire. sed ab episcopo possunt etiam ad praelegitima etate absolui. e. c. Pueris. Excipiunt beneficio iuris omnes persone qui sui iuris non sunt. e. c. Vultures. Sicut tamen tenentur illuc accedere pro absolutione: nisi ideo incidit velle ad obsequium suorum subtrahatur. vel nisi eorum absentia graue damnum communitatis absque illorum culpa afferret. tunc ab episcopo sicut et per se persone absoluitur: iniuncta eis satisfactione aliquam in recompensam bonorum que sustinuerint. nisi esset enormis excessus pro quo ad sedem essent mittendi. e. c. Relatum.

§ xxxvii.

Excommunicati sunt. id est. reincident in preteritas sententias qui absoluti sunt tali conditione. ut cessante periculo vel impedimento se ad superiorem vel eum qui de iure ipsos absoluere debuit accedant. dummodo sic se ei representare obmiserint. de sen. ex. c. Eos. li. vi. de penis. c. Si quis in clementi. Similiter si a papa quis vel eius legatus absolutus recipi mandatum vel se excommunicatozi prestat. si hoc neglexerit reincident. e. s. Idem in clementi.

Excommunicatos per hoc absolutus non est quod papa sibi scienter comunicat nisi papa exprimat se hoc velle. de sen. excom. cap. Summus. in clementi. Nec etiam si papa. alii cui ab eo excommunicato scribit. salutatioem in scripto facta. extra. e. c. Si aliqui. Excommunicatus pro iniectioem non debet absolui nisi prius satisfecerit lesio. extra de sententia. excom. c. Porro si alii.

Excommunicati a canone alia a papa absolui debent: possunt in casibus supra dictis et eodem modo ab episcopo absolui sicut per iniectioem manus. e. c. Quod de his. s. § xxxvi. Excommunicationis absolutio obiecta tantum veritate vel suggesta falsitate non valet.

Et debent in ipsa absolutione oēs causas excommunicationis exprimi si pro plibus causis fuerat excommunicatus. alioquin non erit absolutus. e. c. *Lij. p. causa.*

Excommunicatus absoluedus a papa potest secū litteras de satisfactione pmissa. e. c. *Parochianos. als. nō debet absolui. e. ca. Porro.*

Excommunicatiōis sententia suspēdi non potest: nisi in eorum relaxetur. Pōt autē ad cautelam absolui. de sentent. ex. c. *Presenti. libro sexto.*

§. xxxviii.

Excommunicati sunt ipso facto effractorē ecclesiarum: et postq̄ fuerint denunciati: tunc a solo papa absoluit pmissa satisfactione. extra de sent. ex. c. *Longue.*

Et intelligit etiam de alijs sacris locis. *Blota. c. eiusdē. cōd. est.*

Excommunicati sunt incendiarij ecclesiarum et aliorum locorum sacrorum: et postq̄ denunciati fuerint: a solo papa pmissa satisfactione absoluit. e. c. *Longue. Et intelligit etiam de alijs incendiarijs postq̄ fuerint excommunicati: denunciati. e. c. Tua nos. Et qui sunt excommunicandi.*

Blota. c. et. xxij. q. vltima. pessima. Et sepultura careat nisi satisfiat. Ibidem.

Excommunicatus est quisq̄ violans ecclesie immunitatē: et a papa absoluedus. extra. e. c. *Lum. p. causa. Et a predictis iuramentū exigat sicut ab iniuriantibus manq̄ iurent se hoc de cetero nūq̄ facturos et q̄ mandato ecclesie stare velint. Iuramentū tamen nō est de substantia absolutionis. sed ad cautelam. unde si obmittatur nihilominus valet absolutio. extra. e. ca. *Lum. de iudic. s. §. xvj.**

§. xxxix.

Excommunicatus vel interdictus celebrās potest omnibz beneficijs spoliari. extra de cler. e. c. *Fraternitati tue.*

Excommunicati et nominatim interdicti: nullatenus ad diuina admittant. extra de pben. et digni. c. *In lateranēsi. extra de pben. c. *Lij. et plantare. Itē clerici religiosi vel seculares tales admittentes publice ad diuina vel sacramēta vel sepulturā eis exhibentes in casibz a iure nō pmissis. illis interdictus est ingressus ecclesie: donec satisfacti ad arbitriū eius**

cuius sententiā contempserūt. nō obstantē privilegio. de pūile. c. *Epōz. li. vj.*

Excommunicatos vel interdictos admittens vel sepeliens. Infra. Interdictus est infra. *Suspensus ab ingressu.*

Excommunicatus sciēter pferēs beneficia ecclesiastica: suspensus est a collatōe beneficiorum. extra de clerico ex. c. *Postulasti.*

Excommunicatus vel interdictus se diuinitis ingessens. s. §. *xxij. s. c. vj.*

Excommunicatus sciēter ordinē etiā minorē recipiens: deponit impetū si fuerit secularis. Si autē factus ignorauerit vel iuris ignarus hoc fecit: pōt cū licentia pape cum eo dispensari. Si autē religiosus sciēter hoc fecerit: ab executione ordinis suspensus manebit. Sed si ignoranter fecit. yr. s. tunc p̄latus cum eo dispenset. nisi tale fuerit factū q̄ p̄ra ignorantia presumatur. extra de sentent. excom. c. *Lum. illoz.*

Excommunicatorum ossa si ab alijs discerni possunt extumulent et p̄iciant. Nam sic bonis nō nocet mala: sic malis bona sepultura non p̄dest. extra de sepulturis. c. *Sacris.*

§. xl.

Excommunicatus communicare non potest. q̄stia nec ligare nec solvere potest. sic nec hereticus vel schismaticus. xxij. q. j. *Audiuimus. c. Si ergo. c. Expte. In*

Intelligit de non tollatō excommunicato. alias absoluit fm̄ *Panormi. in. c. Veritatis. extra de dolo. et p̄tu.*

Excommunicatus publice nō potest esse iudex. extra de excep. c. *Exceptionē. §. Excommunicatus. et sententię eius sunt irritę. extra de emu. c. Aduersus.*

Excommunicati nō possunt esse iudices. etiā si dixerint se absolutos nō debet eis credi nisi ostendant litteras. xxij. q. j. ca. *Uirramur. Itēra glosa. vñ nec iurisdictionē possunt exercere. de hereticis. c. Presidentes. libro sexto.*

Excommunicato nō tenetur quis iuramentū fidelitatis: donec reconciliabit. xv. q. vj. *Pos sanctoz. c. Juratos. Exceptis casibz. infra. §.*

Excommunicati non possunt testificari. extra de testibz et attesta. c. *Veniens. Ipi tamē et etiā socij criminū si non p̄sumant*

k

falsum dicere admittunt in testimonio
inquisitionis hereticæ prænitatis. De he
reticis. c. In fauorem. li. vj. Infra. §. pro
pimo. Nec eligere nec eligi potest. supra.
Eliger. non.

Excommunicatum publice iudex debz ex
officio ab agendo repellere: etiã si reus
non opponat. de excep. c. Pia. li. vj.

Excommunicationis exceptio. §. Exceptio ex
communicationis.

Excommunicatus non est admittendus ad im
petrandũ. et si impetret: littere nõ valent.
si postea fuerit p̄batus fuisse excommunicatus
a. extra de p̄batõibz. c. Post cessidẽm.

Excommunicatus impetrans processum v̄l re
scriptũ. j. Rescriptũ ab excommunicato.

Excommunicatus repellitur ab accusatio
ne. iij. q. j. per totum. Et ab omnibz. In
fra. Suspendus. §. vj.

Excommunicatus nõ habet vocẽ appellã
di nec auditur in iudicio nisi p̄us abso
lutionẽ petat et obtineat. præterq̄ si vo
nat se post legitimã appellatõem excom
municatũ. vel in sententia fuisse erroẽ in
tolleabilem exõsum: tunc admittit̄ ad
eorz probationẽ etiã nõ petita absoluti
one. Extra de sentent. exco. c. Per tuas.
supra. Allegans.

Excommunicatus potest conveniri. sed
debet per alium in iudicio respondere. ex
tra de iudicijs. c. Intelleximus.

Excommunicati excludunt̄ a sacramen
tis recipiendis. iij. q. iij. Engeltrudã. tñ si
matrimoniuẽ contrahunt tenet. s̄m Johan
nẽ de ligna. licet peccet.

Excommunicati et eorũ officiales dñt cõ
tra hereticos et eorũ defensores receptos
res et fautores iusticiã exequi: dñi requiri
fuerit p̄ordinariũ vel inq̄sitores. in alijs
autẽ casibz hoc non possunt. de hereticis.
ca. Præsidentes. li. vj.

Excommunicatus et periurus põt exci
pere et se defendere in iudicio ac appella
re: oẽm legitimã defensionẽ habere. sed
agere et reconuenire nõ potest. extra d̄ ex
cep. c. Cum iter. c. Dilecti filij. c. Signi
ficarunt. Ad agendũ patrocinanduz. et
testificandũ in iudicio nõ admittit̄ et iu
dices cõpellantur per censurã ecclesiã
sticã eisdẽm a talibz actibus repellere.

de sentent. ex. c. Decernimus. li. vj. de ex
cepti. c. Pia. li. vj. §. §. xl.

Excommunicatus quõ horas dicat. In
fra. Suspendus. §. iij.

Excommunicatus nõ potest beneficiũ ec
clesiasticũ acquirere. extra de eta. et qua.
ca. Cum bone. in fine. extra de cleri. ex
ca. Postulastis. Nec illõ retinere. vt ibi
dem. nec de habitis aliqd interim recipi
at. extra de appellatiõibz. c. Pastoralis. i
fine. Nã talis est suspensio ab officio et
beneficio qui est excommunicat̄. eo. ca.
Pastoralis. §. in fine.

Excommunicatõis maioris sniam nõ ac
quirat alicui iurisdictionem possessiõis ex
co. c. si p̄us non habuit. extra de resti
spolia. c. Olim.

Excommunicationis multiplex malũ. Itẽz
a deo separat. xxiiij. q. iij. Tertum. Itẽz sa
thane tradit. xj. q. iij. Audi. c. Dis. Itẽz
absolutõem peccatoz impedit. xxiiij. q.
j. Quicumq̄. Itẽz remouet ab ecclesiã si
deliũ. xj. q. iij. Aihil. et se. c. Omnis. Item
absolut a iuramento fidelitatis. xv. q. vj.
Flos sanctorz. et. c. se. extra de penis. ca.
Brauem. Itẽz opera bona i ea facta mor
tificant. xxiiij. q. iij. Si quis a catholica.
que. vj. Quẽ ad moduz. Item tollit sus
fragia ecclesie in vita. et in morte. xj. q. iij.
Quicumq̄ intra. xxiiij. q. ij. De cõmuni
one. et. c. sequẽ. Item a regno celoz exclu
dit. xxiiij. q. j. Quicumq̄. Itẽz eternã dõs
nationẽ inducit. xj. q. iij. Nemo epozum
Item est eterne mortis dispositio. xxiiij.
que. iij. Corripiant.

Excommunicatus tñ maiorẽ exco. catio
ne: a diuinijs excluditur. extra de excep.
ca. A nobis.

